

IOANNI RIBERAE  
P A T R I A R C H Æ  
A N T I O C H E N O .  
E T V A L E N T I N O R V M  
A R C H I E P I S C O P O ,



F R A N C I S C V S R I B E R A , P R E S -  
byter Societatis Iesu, S.

**D**O ST Q V A M Theologiae magistris ope-  
ram dare desij, Ioannes Patriarcha, apud  
quos te extremo anno consecutus sum, nihil  
mihi prius fuit, quam ut primo tempore leu-  
ter, postea accuratius cum Scholaſtice Theo-  
logia subtilitate ſcripturarum ſtudia copula-  
rem, eaque, & re ipfa, & origine coniuncta  
minime diſſociare, ſed quaſi in antiquo faedere, & in veteri ami-  
citia continerem. Id ut diligentius, & liberius facerem, accidit  
percommodè quod haud ita mullo poſt in celeberrimum Sancti  
Iacobi Zebedai collegium cooptatus ſum, quod Salmantica extru-  
xit clarissimus Princeps Alfonſus Fofeca Archiepifcopus Toletan-  
nus, ex quo, tanquam ex equo Troiano principes multi, atque in  
omni doctrina genere præstantiſimi viri, ſemper prodierunt. Hic  
ego dum fui, ubi nemo me interpellabat, fui autem diu, totum me  
hīs literis dabam, quantumque altera & alteris inuarentur non ſine  
voluptate experiens, congeſi, & elabourau non pauca, qua poſtea  
mihi magno uſui, ac emolumento fuerunt. Hinc factum eſt, ut  
poſt quam placuit ei, qui me ſegregauit ex utero matris meæ, ut  
me ad ſocietatem filij ſui adduceret, vix eadem ſocietas ſcholas ſa-  
cra Scriptura habere statuerat, cum ei me operi prefecit, ac labo-  
ri. Eius muneri duodecimo iam exeunte anno hac ad te ſcribo, &  
bonam laborum, ac vigiliarum partem, hoc eſt in libruam duodeci-  
mum Prophetarum commentarios, pignus perpetua mea erga te  
obſeruantia futuros mitto. Quam merito, ac recte hoc faciam,  
quantumque mihi de tali mearum lucubrationum patrono gra-